COLLEGII FEVDALIS

DISPVTATIO XII.

DE IVRE QVOD ET VASALLUS, ET DOMINUS EX feudo habet.

Quam XPo auſpice,

PRÆSIDE AMPLISSIMO CLARISSIMOQ. VIRO, TH. FRANZIO, IC. IVrisq feudalis in inclytâ VVitebergens. Academiâ Profeſſore publico,

Pro virili defendendam proponit

MATTHAEUS SCHICORADUS, Bitterfeld.

Ad Kal: Decembr:

WITEBERGÆ,

Typis M. Georgij Mulleri,

Annô M. D. XCVI.

Magnifico viro,

SAMVELI MOSBACHIO, IC. ILLVSTRISS. CELSISSIMIQ. FRIDER. GVILHELMI, Ducis Saxoniæ, & vice Electoris, Cancellario, Mœcenati æternùm obſervando.

IMperium totum, & triplicis pars tertia Mundi,
  Feudorum gaudet compare lege frui.
Quæ quondam externis ſaltem cultoribus uſû
  Et *Romandiolæ Roncaliæque* fuit.
Hinc *Rex, Marchio, Dux*, nec non *Comes*, indè *fideles*,
  Quos *Guaſtaldia*, quos *Guardia* fida tenet.
Inde *Pares Curtis*, ſi quandò *felonia guerris*
  Diffidat, cauſſas qui *placitare* cati,
Hinc *armandia*, & hinc *ripatica*, mulcta, tributum
  Próque *parangarijs, angarijsque*, datur.
Et *laudemia*, quæ debet *regalibus*, omne,
  Diſtrictum penetrans, *allodiale* bonum.
Hinc licita uxori quæ *morgengabica*, quidve
  Relligio *Titulis judicet* ægra ſacris
Quin hodiè multos *feudo Cameræ* atq; *Cavenæ*,
  Guilhelmi *inveſtit* patria cura Ducis.
Et ſibi devincit *Ligios* bonitate *vaſallos*,
  Valvaſſinus ego quos etiam inter ago.
Ergo *vaſallagij* quæ nomine *cambia* reddam?
  At nullus ſperat, *cambia* nullus havet,
Nulla tamen ne fors malè-gratus *homagia* præſtẽ,
  Deveſtituram promeritusq; ferar:
Accipito *Sapiens*, dominæ *Curtisque Magiſter*,
  Feudalis mittit quæ tibi dona *Themis*.

Matth. Schicoradus.

PErtractata ſunt omnia quibus feudum conſtituitur, acquiritur, continuatur: Iam videamus quid juris tam vaſallus quàm dominus ex feudo habeat.

THESIS I.

VAſallus cum ſe naturalem tantùm, non civilem; (a) utilem, non directum feudi dominum eſſe noverit; talem ſe gerat, ut potiùs boni feudi diſpenſator, quàm diſsipator dici mereatur. (b)

(a) *L. naturaliter. 12. De acqu. poſſ. L. poſſeſſio quoq. 49: D. eodem c. un In quib. cauſſ. f. am. Vtilis et directi dominij adpell. ex comm. Dd. ſchold. Hotom. diſput. feud. 33. arg: d. c. un. in quib. cauſ. f. a. § Hujus. fin. c. un. De inveſt. de re al. fact. Neque enim acquiritur feudum,* jure hæreditario. *Hotom. conſil: vol. 1. conſ. 10. per d. c. in quib. §. inprimis c. un. per quos f. inveſt. § 1, c. un. Qui teſt. ſine nec. § novam. c. un. Quæ fuit prim. ca. ben. am. Ibidemq; allegg. Dd.*

Neq; teſtamento. *c. un. in princ. De ſucceſ. feudi, et ibi Gl. et Dd. c. un. ſi de f. def: cont: & ibi Alvar: L. ſi quis C. De prox: ſacr: ſcrin: c. un: de ſucc: fr. § his verò. Ibi Bl. Iacob. de S. G. Ardiz: Caccial: p. 7 n. 7 Schrad. pag. 7. c. 2 ibidemq; allegati Soc: Dec: Alex: Pariſ. Corn: Neviz: Roman: Mandos; in conſil: Roſentb: cap: 7 concl: 3 cum plurib: allegg: Dd.*

Neq; præſcriptione. *L. malè agitur 2 C. & præſcr: 30 vel 40. ann: L. cum notiſſimi 7. § ult: C. eod: L. neq; fructuarium. 8. C. De uſufr: c. un: in quib: cauſſ: f. am: c. un: De probib: f. al. per Frid: § Nos autem. De CC. Corradi. § præterea. Diſſentiunt Dd. variè, non diſtinguentes inter ipſum feudum, & jus in feudo. Hoc præſcribitur; illud non item.*

Neq; adjudicatione, *aut ullo alio civili modo. c. un. de feu. dato in vic. l. comm: c. un: § quamvis. De jure quod vaſ: in f. 3.*

(b) *c. un: De inveſt: vet: benef: Franz: c. un: Epiſc: vel Abbat:*

Ideoq; licitum quidem ipſi feudum, in quo pleniſsimum uſum fructum habet, (a) melius reddere, ejus nomine agere & tranſigere, (b) compromittere, (c) locare, (d) ſervitutem quæ domino fraudi non ſit, imponere. (e) Omni verò deteriorationi interdictum eſt. (f)

(a) *d. c. un: in quib: cauſs: f. am. § Hujus generis. c. un: de novâ form: fid: Hotoman: diſp: feud: cap: 34. & 4. & Dd. comm: Qui tamen uſusfr: ad fodinas, & alia ſi quæ ſunt regalia in feudo non extenditur. c. un: Quæ ſunt reg: l. placet, & tot: tit: C. De metall: B'. in l: cuncti. eod. tit: Henning: conſ: 1. 2. 3. De argenti fod.*

(b) *c. un. De Inv. de re al: f. § Rei a. c. un. § ſi vaſallus. in fin. ſi de feud. def: cont: ſit etc. c. un. de contr: inter vaſ: Alvarot: c. un: verſ: Nota quod. De contr. inter vaſ. Specul. in tit: de off: ord. n. 12. & § fin. n. 4 De feud. § fin. Sonsiek: tr: feud. p. 13. n. 75. cum ſeq. Ferrar: in form: lib: quo agitur ad rev: f. Duar: c. 12 n. 10 Zaz: p. 9 n. 19 Caccial. obſ. feud. 35 Bl. d. c. un. De contr. &c. n. 16. Iacob. De S. G. in verbo, Et cum pacto n. 7. Curt: p. 4 n. 96. Pariſ. conſ. 1. n. 134. Alex. conſ. 5 vol: 3. Roman: conſ: 166. Borch: c. 8 n. 44. Clar: q. 38.*

(c) *per expreſs: text: c. un. De L. Corr. Ibi,* coram judice vel arbitro finiatur, *c. un. De inv. in mar: factâ. Zaz: p. 9. n. 20. Duar: c. 12. n. 11. Alvar. Præp. Aſſl: ad d. c. § ſi a. inter duos. Spec. § reſtat: verſ. Sed num quid vaſ: tit: De arbitr: quem ſequitur Roman: l. 1 § & poſt operas. De op. nov. nunc. Item l. juſiurandum. § 1. D. De jurejur: Bl. in c. un. de inveſt. in mar: f. Iacobinus de S. G. d. verbo, & cum pacto. Curt. tr. feud. par. 4. n. 94. Pariſ. conſ: 23 n. 221. Mol: add: ad Alex: conſ: 1. n. 44 lib: 5. Diſs. Roſenthal: c. 9. concl. 22. Roland: à Valle conſ: 22. n. 10. vol. 4 Borcholt: c. 8. n. 45 Hoſtiens. Ioan: Andr: Anton: de Butr: & Imol: cap. cum tempore. & ibidem Panormit: n. 13 Extra, de arbitris Bl. conſ: 121. col: 4 verſ: Secundò alia princ: ratione. Alex: conſ: 1 n. 44 lib: 5. Socin: Iun: conſ: 77. n. 77 lib: 1 Andr: de Iſern: c. un. § ſi autem. ver: hodiè putamus. Laud: c. un. n. 5 De inv: in mar: f. Item in tr: ſuo de Principib: concl. 261. incip. Dux vel comes. Maranth. ſpec. p. 6 act. 2 n. 22. Afflict. deciſ. 135. Iaſ: l. juſiur: quod ex conv: 17. § pupillus D. De jurejurando l. fin. n. 119 C. De jure Emphyt: Duennas R. I. 36. limit: 4. Ratio, quia cui interdictum alienare, eidem & compromittere. cap: Pervenit. Ibi Gl. &*

Panorm:

Panorm : n, 2, verſ. & ex hac gl. Extra de arbitr. cap, cum tempore, eodem, & ibi Hoſt : Ioan : Andr. Anchor. Imol, Ant. de Butr. Panorm, Bl. l, 1 C, ſi. adverſus tranſactio. Caſtr. & Alex. l. iurisgentium. 7, ſ fin. D. de pactis. Nec Emphyteutæ compromittere licitum. Iaſ. l. fin. n. 119. & 120 C. de jure Emphyt. Et arbitria inſtar judiciorum l, rem novam 14. ſ 1 C. de iud. l. 1. l. pen, ſ fin. a. & ſeq : C. de recept, arbitr. Quas rationes diſputando examinabimus, hoc ſemper præſuppoſito cum Aluar, & alijs nonnullis Dd. ne quid fiat in præjudicium Domini, & agnatorum.

(d) *c, un. Qualiter ol. pot. feud. al. ſ. Donare, VVeſenb. tr. de feud. cap 11, n. 7. Hotom. diſp. feud. cap. 34. per L. arbitris. 12. ſ. 1. D. de uſufr. L. codicillis 91 ſ. Inſtituto. De legat. Zaz. p. 9 n. 12 Curt. p. 4 n. 92. Iacob. de S. G. Verbo. & cum pacto. n. 13. Borcholt. cap. 8 1 36 Alvarot. Præpoſ. Afflict. c. un. in princ. De probib. f al. p. Frider.* Sed non ad longũ tempus. *Dd. comm. Talis enim locatio alienatio eſt. cap 1 verſ. alienationis a. de non al. aut perm. rebus. Eccl. cap nulli. vbi Abb. cap. ad audient. Extra. de reb. Eccl. non al. Iaſ. l. manumiſſiones 4. D. de iuſt. & iure. & utile dominium transfert. l. fin. & ibi not. ſi ager vectigal. Gl. & Dd. in L. codicillis 91 ſ. Inſtituto. D. de legat. 2. per l. 1. ubi Br. D. de Superfic. & idem L. 1 & 2. ſi. ag. vectig. Schrad. p. 8 cap. 1. n. 14. VVeſenb. tr : f. cap. 12. n. 7.*

(e) *d. c. un. De inu. de re al. f. ſ. Econtrario. c. un. Hic finitur L. ſ. ſi vaſallus. Duar. d. cap. 12. n. 10. Iacob. de S. G. verbo, ita etiam quod ipſi n. 10. & verbo, qui quidem inveſtiti. Belviſ d. c. un. ſ Præterea. de CC. Conr. Hotomam. ad d. c. un inv. de re al. f. ſ 3. Ibidemque Aluarot. Præpoſ. Affl. Zaz. par. 10 n. 50. VVeſenb. d. cap. 11. n. 7. Duennas R. 10. limit : pri : Clar. qu. 37. n. 1. Cæpol. in tr. de ſer. urb. præd. cap. 14. n. 2. & 3. Borcholt. d. cap. 8. n. 62. & 59. Pract. Pap. in form. libelli ad revoc. feud. verſ. ſuperſtitib. n. 19 Alexan. conſ. 18. n. 5. lib. 5. Pariſ. conſ. 81. n. 4. lib. 2 P. Caſt. l. 3. ibi Corraſ. n. 22. uſq; ad n. 27 argumento textus, D. de ſervitut : & l 3. C. eod : Br. l. 1. ſ fin. D. de ſuperfic:* Quæ & ipſa domino & cognatis non præiudicat, ſed cum vaſalli vita exſtinguitur. *l. lex. vectigalis. D. de pignorib. l. ſi quis domum. 9. ſ fin: de locat. c. un ſ hoc quoq; de ſucceſſ. feud. & Dd. comm. Niſi forte dominus emtor vel hæres exſtiterit. arg. l. cum à matre 14. C. de rei vind. Iacob. de S. G. d. verbo, ita etiam quod ipſi n. 10. & d. verbo, qui quidem inveſt. n. 63. Curt. p. 4. n. 106. Aut niſi ex ſententiâ judicis aut conſenſu Domini*

mini impoſita ſit, d.c. un; ſi de feudo def: con: § quid ergo. Ibi Iſern. Alvar. Præpoſ. Affl: c. un: de inv. de re al. f. Borch. cap. 8. n. 62. Roſenth: cap. 9. concl. 13. His n. in caſibus ſervitutis impoſitionem præjudicare aſſerunt.

(f) *d. c. un. & d. § de inveſt. de re al. f. L. ſi cujus. 13 § fructuarius. D. de uſufr. l. uſufr. 7 § 1. l. Sed ſi quid. 15. § proprietatis. D. eod. l. & ſi forte. 16. § ult. D. ſi ſervit. vind. Feudiſtæ comm. omnes.*

III.

Ut & alienationi, quæ quidem antiquitùs multis modis conceſsa, (*a*) edictalib. Impp. legibus, potiſsimùm Lotharij tertij, & Friderici primi, ſublata eſt. (*b*)

(a) *c. un. Qualiter olim pote. f. al. c. un. De alien feudi. c. un. Quid juris ſit ſi vaſallus poſt al. f. recup. c. un: De feudo ſine culpâ non amitt. § ſi quis miles c. un. Quib. modis f. am. § præterea.*

(b) *c. un. de probib. feud. al. per Frid. Radeu. lib. 2. cap. 7. Gunth. lib: 8. c. un: De probib: feud al. per Loth. c. un. Quæ fiat pr. cau. b. am. § ult c. un. De vaſal: qui contra conſt. Loth. c un. De. L. Corradi (ſeu ut Hot. Lotharij) § ex eadem l. c. un. per quos fuit inveſt. & per quos recip. d. c. un. Quid juris ſi poſt al. vaſ. f. recip. Hotom: & Cuiacius ad d. cc. de probib; f. al. per Frid: & Loth.*

IIII.

Nulla igitur valet alienatio, niſi fiat conſentiente domino, & in feudo paterno proximis agnatis, (*a*) ſive fiat per venditionem, (*b*) donationem, (*c*) permutationem, (*d*) libellarium contractum, (*e*) pignus, (*f*) dotalitium, (*g*) ſive quemcumque doloſum titulũ, tàm inter vivos, quàm in vltimâ voluntate. (*h*)

(a) *d. c. un. De probib. f. al. per Frider. d. c. un. De probib: feud. al. per Loth. § Hortatu itaq. Dd. comm. omnes. Sed numquid tacitus an verò expreſſus conſenſus requiratur, digladiantur inter ſe Dd. Diſtinguimus. Aut Dominus ſcivit & inbibere potuit & pro conſentiente accipimus. arg. l. ſæpe. 63. D. de re iud. Iaſ. l. quæ dotis. 33 D. ſolut. matrim. Ibidem Bart. Alex. Gl. l. Cujus 39 D. de pignor. actione. Gl. Propoſ. Alexan. in d. c. un. de probib. f. al. per Lothar. Curt. p. 4. n. 137. Borch cap. 8. n. 73. Aut ſciuit, & non potuit inhibere, & non accipimus pro conſentiente. L. ſicut 8. § non vi. D. quib. mod. percipitur ſolutio: l. filius familias. § munus, & ibi Gl.*

& Dd,

& Dd. D. de off. proc. Illo caſu anni ſpacio taciturnitati eius præſcribitur. d. c. un. ſi de feud. def. § Titius filios. d. c. un. Qualiter olim feudum. & § Porrò. l. in honorarijs 34. D. de action. Iſto, nulla obſtat præſcriptio. c. un de probib. feud. al. per Frid. Diſſent. varij variè, ut videre eſt apud Schrad. par. 8. cap. 4. n. 2. Roſenth. concl. 31. cap. 9 + c. un. de al. feud. pat. in princ. & ibi Alvar. verbo, nota quo cauſ. d. c. un. ſi de feud. def. cont. § Titius filios. Clar. 4. ſent. § feud. qu. 31. His n. præiudicaretur. d. c. un. de al. f. pat. d. c. un per quos fiat inveſt. § ſed etiam.

(b) dd cc. de probib. feud. al. d. c. Qualiter olim f. pot. al. d. c. un. quib. mod. feud. am. Nec ſummâ neceſsitate urgente. d. c. un. Qual. ol. & Iacob. de. S. G. verbo, & cum pacto. Schurpff Conſ. 41. in princ. & conſ. 67. n. 22. Cent. 1. Br. Alv. Land. Præp. Ray. in § 1. de probib. f. al. per Frid. Item ad c. un. de cc. Con. Curt. par. 4. n. 10. Zaz. p. 9. n. 13. VVeſenb. cap. 11. n. 2. Schrad. par. 8. cap. 1. n. 20. Roſenth. cap. 9. concl. 3. quamquam hæc Parcarum Mater alias ſit exlex. c. quod non eſt licitum. & ibi Gl. Extra de R. I. l. de pupillo 5. ſi quis rivos et ibi Iaſon. D. de op. nov. nunc. Idem l. 1. in princip. D. de off. ejus cui mandat : juris.

(c) dd. cc. de probib. feud. alien : (d) arg. l. vel permutavit. 19. D. de liber. cauß. l. permutationem. 2. C. de rei. per. § Alienationis. Auth : De non alien. Spec. § quoniam. verſ. 32. de feud. Ardiz. rubr. utrum poßit vaſ. perm. 131. Curt. par. 4. n. 101. Schrad. par. 8. cap. 1. n. 30. VVeſenb. d. cap. 11. n. 3. Borch. d. cap. 8. n. 46. & comm. Dd. omnes.

(e) dd. cc. de probib feud. al. & ſic comm. Dd. quib. datio in libellum idem cum Emphyteuſi. Quos recte erroris convincunt Hotomin Lex. & Cuiac in Not. feud.

(f) dd. cc. de probib. feud. alien : d. c. un. de CC. Con. Zaz. par. 9. n. 18. Caccial. obſ: feud. 21. & 39. & comm. omnes in c. Imperialem. & fac. l. fin : C de reb. Ec. non al. Niſi pro neceſsitatibus ex feudi cauſsâ exiſtentib. Ias. § Item Serviana. I. de Action. Curt. par. 4. n. 95 arg. l. cum fidei haredis. D. de fideicom. hared. Bl. l. 2. Cod. communia. de leg. Schrad. par 8. cap. 1. n. 23. Roſenth. cap. 9. concl. 16. Et niſi pignus ſit prætoriũ, cui locus in feudo, deficientib. allodialibus. Br. Alex. & in l. ſi finita 15 § ſi de vectigalib. D. de damno inf. Camer. d. c. un. Imperialem. de prob. f. al. per Frid. Bl. in l. etiam. de execut. rei iud. Curt par : 4. n. 102. Iacob : de S. G. in

verbo

verbo, dictiq; vaſalli: Borch. cap. 8 n. 48. & comm. pleriq; Dd. cum verò hypotheca non transferat rei poſſeſsionem, ut pignus *l. 1. & l. ſi rem. 9. §2. D. de pignorat. act. l. 238. §. 2. D. de v. S.* rectè illa in feudo conſtituitur. *Dd. comm. in d. c. un Imperialem. de probib. f. al. p. Frid. Diß. Bl. quem poſt Andr. Barb. refutat. Schrad. par. 8. cap. 1. n. 29. & alij non nulli quos alleg. Roſenth. cap. 9. cond. 15.*

(g) *d. c. un. Qualiter olim pot. f. al. l. 4 D ad l. Flau. & l. non ſolum. 22. § ſi eum. D. de liberali cauſ. & l. 14 Quandò de pec. act. Dotis n. datio vice vendicion l. ex promißione 19. D. de oblig. & act. l. Sicut re 8 § ſed ſi permiſerit. D. quib. modis pign. vel hypoth. Iaſ. l. fin. n. 109. C. de iure emphyt:* Niſi gener ſit miles. *c. un § Similiter. de l. Corradi. Hotom. ad d. c. un de inveſt: quam Titius a Sempr. & ad d. c. un. de probib: feud al. per Frider: Diſſentiunt varij variè quos refert & refutat Schrad: par. 8 cap. 1. n. 33.* uxori v. feudũ ſuum marito in dotem dare licitum. *d. c. un. qui ſibi vel ſuis hæred. d. c. un de inveſt: quam Titius acc. à Semp. Gl: & Dd. in c. un § donare. Quali: ol. f. al. & ibi Alvar: Abb. in c. nuper de donat: inter vir: & ux. Schrad: d. par. 8. c. 1. n. 37.*

(h) *l. quæ de legato. 48 & ibi Iaſon. D. de leg: 1. l. ſi divortio. 21. D. de verb: oblig: l. pactum inter hæredem 47. D. de Pactis l. jure civili 24. D. de condit. & demonſtrat.*

V.

Subinfeudatio, quamuis & ipſa alienationis ſpecies videatur, conceſſa tamen eſt, (*a*) quoad partem (*b*) quoad totum, tam in Laico quam Eccleſiaſtico feudo (*c*) etiam in infinitum (*d*) ſed certis legib. & conditionib. ſi ſcilicet fiat absq; fraude (*e*) homini paris conditionis, (*f*) ijſdem pactis & conditionibus. (*g*)

(a) *d. c. un. Per quos fiat inveſtit. § Sed etiam res, d. c. un. De l. Corradi § ſimiliter. d. c. un. Qualiter olim feud: pot. al. § ſi verò totum.*

(b) *d. c. un Qualiter ol. &c. Ibi,* ſi verò totum vel partem. *& ibi Gl. & Dd. comm. Niſi feudum ſit regale d. c. un. de prohib. f. al. per Frid.*

(c) *arg. c. cum Apoſtolica. & ibi Abbas. Extra, de his, quæ fiunt à Prælat. Et ita ſentit Belviſ: Aluar. Præpoſ. Affl. Curtius. Zaſius, & comm. Dd. omnes. Diß. Bl. in d. § præterea. Nos ius commune feudale ſequendum in feudo Eccleſiaſtico ſtatuimus, niſi iure Canonico expreßè ſtatutum contrarium demonſtretur. Schrad. par. 8. cap. 2. n. 11.*

(d) *d.*

(d) *d. c. un. ſ ſimiliter. de l. Corradi, & ibi Aluar. & Præpoſ. Diß. Andr. de Iſern. & Affl. ibidem.*

(e) *d: c un. Per quos f. Inv. ſ Sed etiam res, & ibi Dd. d. c. un. Qualit. feud olim. ſ 1. d. c. un. ſi de feud. def. ſ beneficium.*

(f) *d. c. un. de l. Corradi. ſ ſimiliter. & ibi Dd.*

(g) *d. c. un. De l. Corr: ſ præterea. & Dd. comm: arg: l. Titius. 9. D. De ſerv: export: l. ſtatuliberum: 9. ſ. 1. D. De ſtatulib: l. divus. 7. D. De jure patron: Diſſentit Hotoman: Subinfeudationem ſublatam putans per d. c. Imperialem. De probib: f. al: per Fe. Sed potius permiſſa videtur per ſ illud. ubi comm: ita ſentiunt Dd.* Hoc conſtat decimas non rectè alteri ſubinfeudari, *c. prohibimus, & ibi Abbas. Extra de decimis, ut nec Eccl. fiæ feud. cum Laicum c. un: de alienatione feud: ſ Mediolanenſes.*

VI.

Item refutatio, quæ licet & ipſa alienationis ſpecies ſit, conceſſa tamen & æterna eſt, quoad totum, quoad partem vel invito domino, ſi vel fit domino, in feudo novo; vel proximis agnatis, in feudo paterno. Secus ſi extraneo, vel remotiori agnato. *

d. c. un. Qualit: olim pot: feud: al: d. c. un: De vaſal; qui contr: conſt: Loth: d. c. un: ſi de feudo def: content: ſit. ſ beneficium. c. un: De eo qui finem effecit. d. c. un: De vaſal: decrepita ætatis. Quæ tamen non procedit ſi feudum ad certum ſervitium datum ſit. *Gl. Andr: de Iſern: Bl. Alvar: Præpoſ: Affl; ad: c. un: De capitaneo qui curiam vendidit, & Dd. comm: omnes. quos alleg: Schrad: par. 8. cap: 1. n: 61. Roſenth: d. cap. 9. concl. 59. Quod ipſis probandum relinquimus. Hoc liquet intempeſtivam eſſe non debere. Præpoſ: c. un: De capitaneo q. cur: vend: arg: l. Sed & ſocius. 17. ſ fin: d. pro ſocio. l. filiæ meæ 60. d. ſolut: matr: ſpec: ſ nunc aliqua. n. 154. De locat: & ibi Ioan: Andr: in add. Tholoſ: Syntag. Bl. Curt: & alij negant refutationi in feudo ligio locum eſſe Diß. Schrad: par: 8. cap: 1. n. 63. poſt Præpoſ: d. c. un. ſ fin: de capit: qui cur: vend: per l. illud. 32. in princ. D. ad l. aquiliam; l. à Titio. 108. in princ: D. De verbo oblig.*

* Hic enim jus retractus locum habet, *cum ſc. Dominus invitus alium vaſallum quàm quem vult agnoſcat nullum. c. un: ſ 1. De fratrib: De novo benef: inveſt: Affl: c. un: ſ præterea. n. 20. De CC. Corradi, & agnatis in feudo paterno præjudicari non poſſit.*

B Diviſio

Diviſio etiam, quæ & ipſa eſt alienationis ſpecies, (a) vel citra voluntatē Domini in feudis conceſſa eſt, (b) ſed non regalibus, (c) ſive conſortes voluerint ſive noluerint. (d) Secus de jure Saxonum. (e)

(a) *l. 1. C. comm: utriusq: jud: l. fin: D. de rerum permut:*

(b) *d. c. un: Quib: mod: feud: § Item ſi fuerint duo. d. c. un: ſi de f. def: cont: § omnes filij. d. c. un. De natura. feud. Dd. comm. vide Schrad. par. 8. cap. 2. n. 30. per l. cum pater. § dulciſſimis. De legat. 2. l. in re communi. 26. D. De ſervit. urban. præd. l. ſi non ſortem. § ſi centum. & ibi Dd. D. De condictione indebiti. l. fin. C. communi divid. l. etſi non omnes. 8. l. antepen. § fin. D. comm. divid. l. bona 8. C. familiæ erciſcund. l. in judicium. D. comm. div.* Ita ut ad unum bona feudalia, alterum bona allodialia perveniant. *c. un. § omnes filij, & ibi Dd. ſi de feud: def: c. un: in princ: De nat. ſucc. feud. Gl. & Dd. in l. ſi familiæ. 14. C. fam. erciſc.*

(c) *d. c. un de prohib. feu. al. per Frid. & d. § præterea. Ibi.* Præterea Marchionatus, Ducatus, Comitatus, de cætero non dividuntur. *& ibi Dd. Ratio quia hæc feuda regulariter primigenæ deferuntur. ut d. diſp. 7. Limitatur illud à quibusdam Dd. qui ajunt ſecus eſſe in feudis ad omnes deſcendentes transmiſſibilibus: quos refutat Schrad: d. par: 8. cap. 2. n. 43. Cum & ſervitutes reales ad ſucceſſores ſint transmiſſibiles. l. via conſtitui. 23. § ſi fundus, & l. cum fundo. 36. D. De ſervit: ruſt: præd. diviſibiles tamen non ſunt. l. communi dividundo. 7. D. Comm: divid: l. 1. § ſi uſusfructus. D. ad l. Falcid. & l. ſtipulationes non dividuntur: 72. in princ: D. De verb: oblig:* Vnde liquet falſum & illud, quod ajunt etiamſi dignitates non dividantur, bona tamen dignitatibus ut Marchionatus, Comitatus ſubjecta dividi poſſe, *arg: l. 1. § finalis. D. De offic: ejus cui mand: eſt jurisd: l. 2. & ibi Br: Alex: Iaſ: Decius. D. De jurisd: omnium jud: C. præterea. & c. paſtoralis. in princ: Extra, de off: jud: deleg: Per hæc enim dignitas conſervatur. Auth: de defenſor. civit: in princ: Clem: in plerisq. de elect: Nec legitimæ in hiſce feudis locum eſſe. Gl. cap: licet. Extra de voto. Abbas conſ: 3. col: 3. lib: 2. Affl: § præterea ducatus. n: 31.*

(d) *Andr: de Iſern: & Bl. d. § præterea ducat. & Dd. comm. per l. inter tutores. De adminiſt: tut: Diſſ. cum alijs nonnullis Dd. Matth: de Affl: not: 3. n. 12.*

(e) *Piſtor: par: 2. qu: 22*

Has

VIII.

Has præter alienationis ſpecies, quas lex vaſallis conceſsit, & illas quas liberalis domini voluntas, aut quibus præjudicari poſsit conſenſus indulget, conceſſâ nulla eſt, etſi per eas feudi conditio melior reddi poſsit.
l. æquiſſimum, 13. § Sed ſi ædium: & l. uſufructuarius novum 44. D. De uſufr: l. uſufructu: 7. § fin: cum l. Seq: D. eod: item per l. fin: D. eod: cap: 1. De rebus Eccl: non alien: lib: 6. l. am: hi, 8. § eam igitur. D. De tranſact: & ibi Iaſ: & Dd.

IX.

Annihilanturque omnes hujuſcemodi alienationes; aut ipſâ nullitate, (a) aut jure protimeſeoos, (b) aut jure retractus. (c)

(a) *ut in ſpeciebus illis alienationis quarum mentio th: 4.*
(b) *d. c. un: per quos fiat Inv: § ſed & res. d. c. un: Qual: f. olim pot: al: § porrò. d. c. un: ſi de feud: def: cont: § Titius.* Quod tàm filijs alienatoris, quâ agnatis, & his deficientib. Domino competit, vivo alienatore. *per d. § Sed & res. § porrò. § Titius. & filius nonnunquam proximus agnatus. l. filius 12. D. De ſuis & legit: hæred: Diſſentit Tiraquell: & alij nonnulli Dd. quos refutat Schrad. par: 8. cap: 7 n: 11. Contra hoc jus ſcientib: anni, ignorantib: 30. ann: currit præſcriptio. d. c. un: § Titius. ſi de feud: def: &c: d. c. un: § Porrò. Qualiter ol: &c. Schrad: par: 8. cap: 7. n. 42. 43. 44. 46. & ſeqq: Quib: tamen reſtitutione in integrum ſuccurri poteſt. Dd. comm: quos alleg: Schrad: d. loco. Si tamen excludantur à jure redimendi, jus revocandi ſalvum habent. Schrad: d. p. 8. cap. 7. n. 58. Ibiq; alleg: Iſern: Alvar: Affl: cum alijs Dd.*
(c) *d. c. un. De al: feud: pat: ubi Dd. & latè Schrad: d. l. Item Roſenth: cap. 9. concl: 103. 104. & ſeqq: Vaſallus enim utile dominium ſaltem pro tempore vitæ ſuæ adipiſcitur. arg: c. un: § quia vidimus. De his qui feud: dar: poſſ: c. un. § 1. De feud: March: Iſern: c. un: § hoc quoq;. n. 9 & Matth: Affl: n. 8. De ſucceſſ: feudi. Et nemo plus juris in alium. &c. l. nemo plus juris, 55. D. De R. I. l. traditio 20. D. De acqu. rer: dom: cap. nuper. Extra, de donat: inter. v. & tr. Et reſoluto jure datoris reſolvitur jus accipientis. l. lex vectigali. 31. D. de pignor: l. ſi quis domum 9. § 1. D. de locat: & cond: Br: in l. concedendo, 8. D. De aqua pl. arc.*

X.

Ut verò vaſallus poteſtatem non habet, feudum deteriorandi, aut quicquam in eo agendi quod ſpectat ad præjudicium domini ſui: Ita nec ipſe dominus in præjudicium militis ſui.

d. c. un. de f. dato in vic. l. comm. l. Sed ſi quid 15. § ſed nec ſervitutem. ff. De uſufr. Gl. l. fundi Trebatiani. 38. ff. De uſufr. leg. arg. l. illud. 32. in princ. ff. ad l. Aquil. Gl. l. ſi quis. 20. C. De furt. Diſſentiunt varij variè, varijs in caſib. quos alleg. Roſentbal. cap. 9. concl. 52. verſ 53.

XI.

Ideóque ſine voluntate vaſalli, neq; feudum alienare aut ipſum vaſallum ex poſſeſsione, ante judicij ſententiam definitivam jure expellere poterit.

d. c. un. de natura feudi. in princ. d. c. un. de l. Corr. § Ex eadem. d. c. un. de f. ſine culp. non. am. c. un. quo temp. miles. § Sancimus. d. c. un. de f. dat. in vic. l. com. c. un. ſi de inv. inter dom. & vaſ. d. c. un. ſi de f. def. contr. inter dom. &c Alvar. Trapoſ. Affl. d. c. un. de feud. ſine c. n. am. Iidem in d. c. un. quo temp. mil. Mol. in conſuetud. Pariſ. tit. 1. § 30. n. 27. l. 1. C. De exſecut. rei jud. l. negantes. 9. C. De act. & obl. l. ſi cum nulla. 50. D. De re jud. l. ſi deſerta. 2. C. ſi propter public. penſitat. l. 1. C. De prohib. ſequeſt. pecun. l. fin. C. ſi per vim vel alio mod. Quod latè ampliatur, anguſtè limitatur, à Dd. pro diverſo reſpectu. Vide Schrad. 2. parte. 9. par. ſect. 9. n. 13.

XII.

Tenetur enim dominus fideli ſuo vicem reddere in omnibus Iuramenti eſſentialibus (*b*) ſecus ſi faxit, maleficus (*c*) cenſebitur; feudumq, reciproco jure amittet, & ad ex-vaſallum perveniet. (*d*)

(b) *d. c. un. De form. fidelit. § Dominus quoq. fin. & ibi Dd. Br. l. 1. C. De Cupreſ. l. fin. D. De acceptil. l. fin. C. de indict. viduit. tollend. ubi & Iaſon. Quamvis vaſallus ſtrictius obligatus ſit, gravioresq; ſint feloniæ vaſalli. Schrad. par. 6. cap. 7.*

(c) *Ita leg. rectè cenſet D. Franzius. d. c. un. de nov. form. fid.* non malefidus, *ut quidam cod. mendosè. arg. c. pen. Extra de Iurejur.*

(d) *d. c. un. Si de feud. def. cont. ſit. § Domino. antep. et ibi Matth. Affl.*

Ut itaque is, qui beneficium fidelitatis ab aliquo recognoſcit, ſive vaſallus, ſive vaſalla, *(a)* ſive minor, *(b)* ſive ſuperioris ſive inferioris dignitatis, *(c)* tenetur defendere dominum ſuum in omni periculo, *(d)* etiam cauſſâ injuſtâ, *(e)* contra omnes *(f)* tam intra quàm extra territorium, *(g)* proprijs ſumtibus, ſi reditus feudi tanti ſint, *(h)* ſive dominus, mediatè ipſorũ operâ egeat, ſive immediatè, id eſt, reſpectu ſuperioris domini: *(i)* Ita viciſsim omnia iſta ſuo genere & modo, dominus debet vaſallo. *(k)*

(a) *per ſubſtitutum ſc: Andr: Iſern: Alvar: Præpoſ: Affl: c. un: § firmiter. De probib: f. al: per Frid. Bald: & Alvar: c. un: § mutus Epiſcop: vel Abb: Alex: l. filius familios. n. 2. ff. ſi certum pet:* Admiſſus enim non admittendus, ſecundum naturam feudi admiſſus videri debet. *arg: l. ſi quis filio. 6. § irritum. ff. De injuſt: rupt: irrit: fac: teſt: Schrad: p. 6. c. 6.*

(b) *Iſern: Alvarot: Præpoſ: Affl: d. c. un: § ſi quis deceſſerit. ſi de feudo def: cont:*

(c) *Alvar: & Præpoſ: c. un: § firmiter. De cap. qui cur. vendidit.*

(d) *d. c. un. De nov: for: fid. Schrad: p. 6. cap. 6. Curt: tr: feud: par: 4. n. 5. Diſſentit Matth. Affl. c. un. in princ: n. 17. Quibus modis f. am. & ſequaces ejus Alv: & Præpoſ: c. un. § ſimiliter. n. 1. De CC. Corr: per d. c. un. quib. modis f. am.*

(e) *d. c. un. Hic finitur L. in princ.*

(f) *c. un. in princ: De novâ f. fid. Dd. excipiunt.* divinam majeſtatem. *Alv. & Præpoſ: d. c. un. De probib: f. al: per Fr: & ibidem. Affl: arg: c. juratos. 15. qu. 5.* Principem. *c. un. § fin. & ibi Dd: De probib: f. al: per Frid.* Patriam. *d. c. un. De nov. f. f. § contra omnes. ibi Alvar. & Præpoſ.* Antiquiorem dominum. *d. c. un De probib. f. al. per Frid. Feudiſtæ comm. d. ſ. diſp. 6.*

(g) *Bl. Iſern. c. un. in princ. quib. modis f. am. & ibi Affl. arg. l. Mævia. 13. § fin. ff. De annu. legat. l. quod niſi. 20. ff. De operis libert. fac. l. ſcio. 4. ff. De reſt. in integr. gl. & Iaſ. l. ſciendum. 15. in princ. ff. Qui ſatisda. cogantur. Niſi bellum illud ſuſceptum ſit non pro aris focisq; domini, ſed pro occupandis regionibus aut urbib. externis. Iacob. de S. G. verbo, & promiſerunt. n. 4. ſpecul. § quoniam. verſ. 23. Præpoſ. d. c. un. § ſimiliter de cc. Corrad. Iſern. d. c.*

Curt. tr. ſ. par. 4. n. 7. arg. l. ſed & hæ perſonæ. 35. ſ 2. ff. De Procurat. l. quod niſi. 20. ff. De oper. libert. Quod defendere conabimur.
(h) *Jacob. de S. G. d. verb. & promiſerunt. n. 1. Bl. l. qui manumittantur, 12. C. De oper. libert. Alex. l. ſi non ſortem, 26. ſ libertus n. 14. ff. De condict. in deb. Zaz. par. 7. n. 44. arg. l. ſuo victu. de op. libert.* Nec reſarcitur damnum, quod indè vaſallo exiſtat. *Tract. Pap. in form. lib. q. ag. ad revoc. f. verb. contra debitum. n. 9. arg. l. 2. ſ ſi conſervatis. ff. ad l. Rhod. de jact. Secus jure Saxonum.* Lehnrecht. *cap. 4. verſ.* Wer ein Pferdt. *gl. cap. 24. verſ.* doch ſo ſollet.
(i) *Matth. Afſl. & ibi Iſern. n. 41. c. un. ſ Sed nec ad alia. quæ fuit prim. ca. 6. am.*
(k) *d. c. un. de nov. form. fid Bl. in c. un. ſ conventicula. De pace juram. fir. Afſl. deciſ. Neapolit. 265. n. 4. Alvarot. in d. ſ contra omnes. d. c. un. Hic finitur L. et ibi gl. Quam determinationẽ* (omnes) *Bl. ibidem ſanctam & terribilem eſſe dicit.*

XIV.

Nec conſiſtit iſta defenſio tantùm in manuali auxilio, ſed & provido conſilio contra hoſtes, (a) cum quib. hac de cauſsâ amicitias rectè non fovet. (b) Idem juris quoad dominum. (c)

(a) *d. c. un. Hic finitur l.*
(b) *Alvar. Præpoſ. Afſl. c. un. Quib. modis feud. am. & ibidem Belviſ. Bl. & gl. in ſ item ſi fidelis. gl. c. un. ſ porrò. & ibi Andr. de Iſerniâ, Bl. Alvarot. Præpoſ. Afſl. quæ fuit pri. ca. b. am & commem. Dd. quos latè refert Schrad. par. 9. cap. 5. n. 23.* Inimici enim mei amicus, meus inimicus. *l. liberi. 25. & ibi Bl. ſalycet. Iaſ. & Dd. C. De inofficioſ. teſtam. l. aut affinitate. 32. ff. De Procurat. l. ſciendum. 4. ſ ſi accuſatio, & ibi Br. D. De Regati. C. ſi inimicus, diſtinct. 93.* & ejusdem propoſiti cum inimico meo. *Felin. c. accedens. cl. 2. n. 1. extra, ut lite non conteſt. Gigas tr. de crimine læſæ maj. part. ult. qu. 17. Latè Schrad. parte 9. cap. 5. n. 23.*
(c) *d. c. un. De nov. f. f.*

XV.

Interdictum vaſallo, ne vel verbis (a) vel facto (b) Domino ſuo aliquam ignominiæ maculam adſpergat: Itidem & domino. (c)

(a) convicijs *erga dominum, ſive vivus ſit ſive mortuus. arg. l. 1. ſ etſi fortè, circa fin. ff. De injurijs. ſive quocunq; modo corpus defuncti in-*

cti injurioſè tractet, arg. l. 1. § deniq. Iulianus. ff. De injur. l. fin. & auth. item qui domum. C. De ſepulcr. viol. Angel. l. 1. § quoties. ff. De injurijs. Boër. deciſ. 287. n. 2. Provocatus verò provocanti injurioſè rectè reſpondet. *Bl. l. 1. n. 1. C. unde vi. Luc. de pen. l. errat. 3. qu. 5. C. De caſtr. pecul. & Dd. comm. & quidem his verbis,* mentiris per tuam gulam. *Bald. conſ. 45. lib. 1. Ang. tr. de malef. verb. verba injurioſa. n. 9.*
